

3. Frons parva. 4. Supercilia ad nasum inflexa. 5. Aures valde parvæ. 6. Oculi coloris caprini. 7. Os valde dissectum. 8. Labia crassa. 9. Dentès continuati. 10. Vox aspera, vel acuta, vel clamosa, vel depravata. 11. Loquela velox & gracilis, vel gravis & debilis. 12. Collum crassum & pingue, 13. Venter carnosus, mollis & pendulus. *In nona classe sunt signa hominis veracis sive sinceri: sunt* 1. Facies mediocris in genis & temporibus ad pinguedinem vergens. 2. Vox media inter gravem & acutam. *E contrario signa hominis mendacis sunt* 1. Corpus gibbosum. 2. Facies carnosæ. 3. Nasus in medio latus. 4. Oculi hilares & ridentes cum circulis cæruleis. 5. Supercilium inclinatum deorsum. 6. Cilia inferius arcuata. 7. Loquela velox & gracilis, vel ex naribus prolata. 8. Risus cum derisione. *Signa simulatoris huc etiam pertinent: qualia sunt* 1. Facies pinguis & somniculosa. 2. Frons rugosa. 3. Supercilia ad tempora inflexa. 4. Oculi parvi & splendentes. 5. Vox remissa. 6. Incessus versatilis, modò citus, modò tardus. *Huc etiam refer signa adulatoris: uti sunt* facies parva, frons serena, oculi parvi & varii, vultus & vox blanda & affectata, incessus cum crebrâ corporis circumtorseione. *In classe decimâ sunt signa hominis liberalis & benefici: puta* capilli è regione nasi descendentes, cervix hirsuta, humeri bene soluti, manuum digiti retrò conversi & brachia proluxa. *Ex adverso signa hominis avari & sordidi sunt: 1.* Facies valde parva, & tales oculi. 2. Supercilia incurvata deorsum. 3. Vox acuta, debilis & flebilis. 4. Dorsum curvum. 5. Humeri malè soluti & ad pectus contracti. 6. Digiti contracti. 7. Incessus velox cum gressu brevi & celeri. *In classe undecima sunt signa hominis urbani & faceti: ut* 1. Frons magna, carnosæ, plana & lenis. 2. Oculi humidi & splendentes. 3. Vultus hilaris & jucundus. 4. Vox blanda. 5. Motus corporis tardus. *E contrario signa hominis inurbani & morosi sunt* 1. Habitus corporis macer & gracilis. 2. Frons tristis & tetrica. 3. Oculi deorsum versi. 4. Lingua velox. 5. Ambulatio cum brevi & celeri passu. 6. Tacita secum ipso demurmuratio. *In duodecima classe sunt signa hominis laboriosi: videl.* caput parvum, habitus corporis ficcus & durus, facies macilenta & ossea, oculi mobiles, lingua velox & incessus cum gressu longo & celeri. *Ex adverso signa hominis pigri & otiosi sunt* caput magnum, habitus corporis humidus & mollis, facies carnosæ, color faciei mellinus, frons magna, oculi tardè mobi-